



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 37. Electoris Brandenburgici Oratores ad Synodum delati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](#)

Sæc. XVI.

§. XXXVII.

A.C. 1551.

Electoris Brandenburgici Oratores ad Synodum delati.

*Pallav. l. 12.  
c. 9. n. 2. &  
3.  
Steid. l. 23.  
p. 828.  
Thuan. l. 8.  
n. 4.  
Rayn hoc  
ann. n. 24.* Perlectis cunctis hisce decretis, po-  
stea recitabatur mandatum Christo-  
phori Straffen Jurisconsulti, & Joani-  
nis Hoffmani, qui ambo Oratores erant  
a Joachimo Electore Brandenburgico ad  
Synodum ablegati. Hæc mandata in-  
scripta erant. *Sanctissimo in Christo Pa-  
tri, & Domino Domino Julio tertio, fa-  
vore divinæ Clementiæ Summo Pontifici,  
Sacrosanctæ Romanæ, & universalis Ec-  
clesiæ Domino nostro gratioſiſſimo.*

In hisce mandatis S. R J. Elector  
summo Pontifici omnia obsequia, & ser-  
vitia pollicebatur, ex quo manifeſte e-  
lucet, quod Joachimus, quamvis ex  
Protestantibus effet, nihilominus Pon-  
tificem tanquam supremum Ecclesiæ  
caput fuerit veneratus, eique ſeſe ſubi-  
icere, necnon Synodum Tridentinam  
velut legitimam, atque Oecumenicam  
agnoscere fit pollicitus. Quinimo ora-  
tio, quam primus illius Orator Chri-  
ſtophorus Straffen pronuntiaverat, eo  
unice collimare videbatur, ut Synodi  
Patribus pia voluntas, ac ſubmiſſio,  
quam Elector illius Dominus erga eos-  
dem profitebatur, manifeſta fieret, ſe-  
que eorum decretis ſubmittere paratus  
effet.



II.  
s ad  
po-  
isto-  
oan-  
rant  
ad  
in-  
Pa-  
fa-  
fici,  
Ec-  
ctor  
ser-  
e e-  
: ex  
Pon-  
esiae  
ubi-  
nam  
cam  
ora-  
hri-  
eo  
nodi  
ssio,  
eos-  
se-  
atus  
slet.

effet. Hoc Electoris studium summa Sæcul. XVI.  
prorsus lætitia Patres affecerat, unde ei- A. C. 1551.  
dem per Concilii Promotorem hæc in  
responsis dabant: „Ingenti cum volup-  
„tate sermonem hunc percepimus, ni-  
„hil vero magis nos consolatur, nisi  
„quod de pia Electoris voluntate cer-  
„tiores facti simus, nobisque fides fue-  
„rit facta, quod idem Synodi decreta  
„sincere, ac religiose observare para-  
„tus fit, prout sane Christianum Prin-  
„cipem, ac filium Ecclesiæ Catholicæ  
„addictum decet: unde speramus, quod  
„Elector promissis suis integra fide stare  
„haud prætermissurus sit,. Veruna  
hæc Electoris Brandenburgici submissio  
variæ diversorum interpretationi obno-  
xia erat, quippe Protestantes divulga-  
re non abhorrebant, quod præclara hæc  
obedientiæ, atque affectus erga Syno-  
dum testimonia unice privatæ utilitati  
fuerint innixa, eoquod Elector Ponti-  
ficiis auxilio indiguisset, ut Fridericus  
ejus Filius quiete frui posset Magdebur-  
gensi Archiepiscopatu, ad quem ille  
post Joannis Alberti obitum a Canoni-  
cis electus fuerat. Evidem hæc dig-  
nitas erat amplissima, ac proventuum  
ubertate longe celeberrima: verum  
summus Pontifex huic nominationi con-  
stanter sese opponebat, nec unquam  
confirmationis diploma concedere vole-  
bat,

**Sæcul. XVI.** bat, eo quod Electorem de hæresi su-  
**A.C. 1551.** spectum haberet: in quo sane sua eum  
 opinio minime fefellit. (\*)

§. XXXVIII.

*Synodi responsum ad Franciæ Regis  
 oppositionem.*

**Pallav. l. 12.** Cum Synodi Patres Jacobum Amio-  
**c. 9. n. 7.** tum Bellosanensem Abbatem ades-  
**Psalmaeus** se jussissent, ut responsum ad Galliarum  
**p. 243.** Regis Domini sui oppositionem, seu ut  
 vocant, protestationem eidem trade-  
 rent: eapropter tandem hanc in rem  
 convenerant, & primo facialis ad Eccle-  
 siæ portam interrogare jubebatur, num  
 aliquis nomine Regis Christianissimi ad-  
 esset? eo autem referente, quod nec  
 Abbas, nec aliis quisquam hujus Re-  
 gis nomine comparuisset, Patres nihil  
 ominus sequens responsum prælegi, ac  
 promulgari præceperunt. Erat autem  
 illud hanc in sententiam conceptum:  
 „Mirum in modum gavisa fuit Synodus  
 „in præterita Sessione, tum ob recen-  
 „tem Episcoporum, Principum, & sep-  
 „tem virorum, qui convenerant, frequen-  
 „tiam, tum ob honorificas legationes  
 „Cæsaris, ac Ferdinandi Regis Fratris  
 „sui

(\*) Sinistram hanc Sleidani ac præcipue  
 Sarpii interpretationem confutat Pallavicinus  
 l. c. 8.